

Conceptum verbum et natum id ipsum est. cum voluntas in ipsa noticia conquiescit. quod fit in amore spiritualium. Qui enim verbi gratia perfecte nouit. perfecteque amat iusticiam. iam iustus est. etiam si nulla existat secundum eam forissecus per membra corporis operandi necessitate. In amore autem carnalium temporaliumque rerum. sicut in ipsis animalium fetibus. aliud est conceptus verbi. aliud partus. Illic enim quod cupiendo concipitur. adipiscendo nascitur. Quomodo non sufficit auaricie nosse. et amare aurum. nisi et habeat. Neque nosse et amare uelci aut concumbere. nisi etiam id agat honores et imperia. nisi proueniatur. Huc tamen omnia. nec adepta sufficiunt. Qui enim bibent ex hac iquit aqua. sitiet iterum. Ideoque et in scripturis. Concepit iquit dolorem et peperit iniquitatem. dolorem uel laborem dicit concipi. cum ea concipiunt. quod nosse ac uelle non sufficit. et marcescit et atque egrotat animus indigentia. donec ad ea perueniat. et quasi pariat ea. Unde eleganter in latina lingua parta dicuntur. et repta. atque coperta. que uerba quasi a partu ducta resonant. Quia concupia cum concepit parit peccatum. Unde dominus clamat. Venite ad me omnes qui laboratis et onerati estis. Et alio loco. De pregnantibus. et lactantibus in illis diebus. Cum itaque ad partum uerbi referret omnia uel recte facta uel peccata. ex ore inquit tuo iustificaberis. et ex ore tuo condemnaberis. os uolens intelligi. non hoc uisibile. sed interius. inuisibile concupiationis et cordis. *¶ C. 1. 10*

Recte ergo queritur utrum omnis noticia uerbum. an tantum amata nota. Nouimus enim et ea que odimus. Sed nec concepta. nec parta dicenda sunt animo. que nobis displicent. Non enim que quodam modo tangunt concipiuntur. ut tantum nota sint. non tantum uerba dicantur. sicut ista de quibus nunc agimus. Aliter enim dicuntur

uerba que spacia temporum syllabis tenent. siue pronuncientur. siue cogitentur. aliter omne quod notum est uerbum dicitur animo impressum quoad de memoria profecti et diffiniri potest. quamuis res ipsa displiceat. aliter cum placet quod mente concipitur. Secundum quod genus uerbi accipiendum est quod ait apostolus. nemo dicit dominus ihesus. nisi in spiritu sancto. cum secundum aliam uerbi notionem dicant hoc et illi. de quibus ipse dominus ait. Non omnis qui dicit michi domine domine. intrabit in regnum celorum. Verumtamen cum et illa que odimus recte displicent. recteque improbanentur. approbatur eorum improbatio. et placet et uerbum est. Neque uiciorum noticia nobis displicet. sed ipsa uicia. Nam placet michi quod noui. et diffinio quod sit intemperantia. et hoc est uerbum eius. sicuti sunt in arte nota uicia. et recte approbat eorum noticia. cum discernit cogitorum speciem priuationemque uirtutis. sicut alius liber affirmare. aire. et negare. esse et non esse. Et tamen uirtute priuari. atque in uicium deficere damnable est. Et diffinire intemperantiam uerbumque eius dicere pertinet ad artes morum. Esse autem intemperantem. ad id pertinet quod illa arte culpatur. Sicut nosse ad diffinire quod sit solocismus pertinet ad artem loquendi. facere autem uicium est. quod eadem arte reprehenditur. Uerbum est igitur quod discernere ac insinuare uolumus. cum amore noticia. Cum itaque se mens nouit et amat. iungitur ei amore uerbum eius. Et quomodo amat uerbum. et nouit amorem et uerbum in amore est. et amor in uerbo. et utrumque in amante atque dicente. Sed omnis secundum speciem noticia. similis est ei rei quam nouit. Est enim alia noticia secundum priuationem quam cum improbamur loquimur. Et hec priuationis improbatio speciem laudat. idoque approbat. *¶ C. 1. 10*
Habet ergo animus non nullam speciem note similitudinem